Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cēsedentes intra cubilia sua. et opi ac meditationi
studium partim inpendentes. cum signum aliquod au
dierint oratione ad oratione eos. seu ad opus ali
quod inuitantis. certatim de cubilibus suis unusquisque
cum prorumpit. ita ut ille qui opus scriptoris
exercet quam repertus fuerit inchoasse litteram
finire non audeat. sed in eodem puncto. quo ad aures
eius sonitus pulsantis signi aduenerit summa uelo
citate prosiliens. ne tantum quidem more ei interponat
quantum cepti apicis consumet effigiem. Illam sane
uirtutem in ceteras institutiones eorum magnam esse
cognouimus. quod nulli scilicet cistelam nulli pecu
liarem sportam. nec aliud aliquid quasi proprium lice
at possidere. sed nec uerbo quidem audeat quis dice
re aliquid suum.

IGITYR in septimana cuiusdam fratris qui officio coquine
deseruiebat. cum preteriens prepositus monasterii
trina granna lenticule iacere uidisset in terra. que
fratri festinanti ad coctionem preparari inter manus cum
aqua qua lauabantur elapsa fuerant. confestim super
his abbatem consulit. Tunc frater ille uelud inter uersor
et neglector sacri peculii iudicatus. ab oratione
suspensus est. cuius negligentie reatus non aliter ei remis
sus est. nisi eum publica penitentia diluisset.

NOVI alios fratres in quorum septimana cum acci
disset tanta lignorum penuria. ut non esset pe
nitus unde soliti cibi fratribus pararentur. et do
nec possent coemta deferri ut xerofagia contenti
essent. abbatis fuisset auctoritate preceptum. esseque
hoc uniuersis placitum. nec quisquam posset ullum co